



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 39. Gallici Oratoris responsum ad Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](#)

tum matrimonia libello suo inseruerant, **Sæc. XVI.**  
nullam fecit mentionem. **A.C. 1561.**

§. XXXIX.

*Gallici Oratoris responsum ad Regem.*

Orator recepta Regis epistola mox ad Papæ alloquium admitti petiit, il-<sup>Mem let. du l'isle au Roy</sup> ludque die sexta Novembris obtinuit, <sup>du 6. Nov.</sup> cumque Pius IV. Pontifex Regis peti-<sup>p. 110.</sup> tionem primo non omnino rejecisset, O-  
rator rescripsit, quod cum Papa agere cœpisset, ab eoque hoc tulisset respon-  
sum: „Semper ea mihi animo meo in-  
„sedit opinio, quod hic articulus æque,  
„ac ille de Sacerdotum matrimonio (\*)  
„non

(\*) Totum hoc responsum mere confictum esse constat, si enim Rex de connubio Sacer-  
dotum in Oratoris epistola nullam fecit men-  
tionem, quis credat, quod Pontifex ipsus de  
re tam periculosa sponte sua mentionem inji-  
cere voluerit? ubinam etiam legitur, quod hic  
Papa in nupero conclavi ob hanc opinionem  
pro Lutherano fuerit habitus? apage cum i-  
stis fabulis, quas satis frequenter in privato-  
rum scriptis, quæ Gallice *Memoires* vocantur,  
reperiire est, ubi hæreticorum argumenta sub-  
dole proponuntur, ac commentitia Pontifi-  
cum, vel aliorum Virorum illustrium aucto-  
ritate fulciuntur.

**Sec. XVI.**  
A.C. 1561.

„non nisi juris fit Ecclesiastici, proin  
 „,immutari possit: attamen cum in nupe-  
 „ro conclavi hanc meam mentem pan-  
 „,derem, a nonnullis pro Lutherano ha-  
 „bitus sum: quapropter hac in re, quin  
 „,cum Cardinalibus fratribus meis con-  
 „feram, nil decidere volo: fidem ta-  
 „,men facio, quod propterea proxime  
 „,Patrum Senatum convocaturus sim.  
 „Equidem, addebat Pontifex, Maximi-  
 „lianus Bohemiæ Rex Filius meus  
 „,eandem quoque petitionem interpolue-  
 „,rat; nolebat enim Religione ductus,  
 „,hoc Sacramentum alio, quam Christus  
 „,Dominus instituisset, modo recipere,  
 „,quam eandem gratiam postea Cæsar  
 „,suorum subditorum nomine a me pe-  
 „,tiit: verum Cardinales semper eorum  
 „,precibus obstitere.,” Hæc a Papa sui-  
 fe responsa rescripsit Orator, qui se ei-  
 dem hæc opposuisse Regi nuntiabat:  
 „Ego cum tanta rationum vi summo  
 „,Pontifici damna, quibus Franciæ Re-  
 „,gnum exponeret, proposui, totamque  
 „,rem adeo sigillatim explicavi, ut Re-  
 „,giæ suæ Majestatis voto plene satisfa-  
 „,ctum iri sperem. ,”

§. XL.

*Regis Franciæ petitio a Pontifice  
omnino rejecta.*

Enim-